



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De
Sponsalibus, Et Matrimoniis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1702

Quæstio XV. In Tit. XV. De Frigidis, & Maleficiatis, & Impotentia coëundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73058)

solum privata; secus tempore posteriori, quo Innocentius III. hanc consuetudinem, etiam in Ecclesia privata; reprobavit; fortassis etiam ideo, quod illa consuetudo semper latius serpebat, usu vulgi, imò & aliorum, qui de vulgo non sunt, quibus quilibet contra jus humanum licitum suadet, tristissimum illud: sic est in usu, sic est consuetudo, & praxis, non attendentibus. quid fieri bono communi expediat, sed quid fiat, quocunque tandem fine fiat? quæ ratio pessima est; & gravissimè reipublicæ noxia, ut offendit evidens experientia, quæ innumeris casibus demonstrari potest, & cuique patet.

1160. P. Wagnereck in c. quod super, ait, hoc capitulum per quod reprobatur consuetudo illa; loqui de consuetudine irrationali, nec tempore legitimo præscripta. qualiter requiritur ex c. fin. de consuet. capitulum autem super eo, de consuetudine; quæ tunc rationalis erat; & sic neutrum alteri contraire. Illud ad extremum hic annotandum venit; quod annotavit Pon-

tius l. 6. de impedim. c. 5. n. 3. discrimen esse inter consuetudinem, & præscriptionem; quod consuetudo contra legem humanam induci possit actibus à principio injustis, & cum mala fide; præscriptio autem introduci non possit, nisi actibus à principio iustis, & cum bona fide; quod mala fides in consuetudine purgari possit (imò in quantum est præcisè contra legem, quam abrogare quatit, in consuetudine non curetur ex n. 1251.) in præscriptione autem secus; quia expresso jure c. fin. de præscript. requiritur; ut, qui præscribit, in nullâ temporis parte rei habeat conscientiam alienam; ubi Wagnereck in Exegesi ad hoc c. ait, hic expressè; ac directè reprobari præscriptionem cum mala fide in foro tam civili, quam canonicò; quia Pontificem in his, quæ concernunt animam, sive peccatum, jus civile tollere, aut abrogare posse, apud Catholicos est extra controversiam, & habetur in c. Novit. de Jur. dic. sic ille.

QUÆSTIO XV.

In Tit. XV. De Frigidis, & Maleficiatis, & Impotentia coeundi.

1161. Super hoc titulo scribit Wagnereck, si ejus materia in praxi disceptanda occurrat (quod rarius evenit) apud Casitas facile reperiri, ubi de impedimento Impotentia agunt; nec parum pendere à Judicio medicorum in hac materia consulendorum; quæ autem purè Canones decernunt, difficultatem non habere. his tamen non obstantibus judicamus, hunc titulum secundum sacros Canones à nobis explicandum propter ea, quæ non raro in sacris Consistorijs occurrunt.

ARTICULUS I.

Quid, & quotplex sit Impotentia?

1162. Impotentia, prout hic accipitur, est inhabilitas nascens ex defectu potentia vel ad generationem prolis, vel ad carnalem copulam. Impotentia ad generationem prolis vocari solet sterilitas, seu infecunditas, nec obstat valori veri conjugij, si adsit potentia ad carnalem copulam, hoc

est; ad penetrandum vas naturale foeminae, & semen generationi aptum intra illud effundendum, vel recipiendum; ex quo per oppositum constat, quid sit impotentia ad copulam. Hæc alia est ex parte viri, ut si sit nimis frigidus (puta cum ex defectu caloris naturalis coire non potest) aut nimium calidus (naturâ nimirum citius, cum primum foeminam tangit, semen effundente, quin ad locum debitum perveniat) aut ex alio vitio vel defectu copulam perfectam exercere non potest; vel ex parte foeminae, ut si sit nimis arcta in vase naturali, consequenter non penetrabili, in tantum, ut intra se recipiat virile semen. Et hoc provenire potest vel ab intrinseco, seu à natura (puta, debilitate, frigiditate, vel nimio calore) quæ naturalis dicitur; vel ab extrinseco, & accidenti, nimirum aliunde, v.g. ex maleficio, castratione &c. Deinde talis impotentia potest esse vel absoluta in viro, respectu omnium; aut respectiva, nimirum respectu unius, vel plurium foeminarum;

& in femina respectu virorum omnium, aut tantum aliquorum.

1263. Not. praterea, quod *impotentia* rursus alia sit *perpetua*, quæ absque peccato, vel corporali periculo, tolli non potest, per opus humanum, ut expressè colligitur per sensum contrarium ex *c. fraternitatis, de frigidis*; alia *temporalis*, quæ tolli potest per opus humanum sine peccato, vel corporali periculo. Per *corporale periculum* ab aliquibus intelligitur, probabile periculum gravis morbi; sic Hentiquez *de matr. l. 12. c. 7. n. 6.* ab alijs tale, quod tolli non potest absque periculo mortis; sic Innoc. in *cir. c. Fraternitatis. n. 16.* & hoc communis sententia tenet; nempe per corporale periculum debere intelligi *periculum mortis*; quia grave periculum mortis æquivalet morti; sic gloss. communiter recepta in *c. Fraternitatis V. corporali.* Sanchez *l. 7. d. 93. n. 18.* & alij communiter.

1264. Ex hoc colliges. 1. illam impotentiam esse perpetuam, quæ tolli non potest per opus humanum licitum, absque gravi periculo mortis; quæ verò iudicio medicorum removeri potest per opus humanum, & licitum, absque gravi mortis periculo, etiam si patiens impedimentum recuset sustinere illam curationem, imò nec teneatur subire, non esse censendam impotentiam perpetuam. Nam perpetuitas impedimenti non perdetur ex voluntate patientis illud, nec ex eo, quod tollatur, vel non tollatur; sed ex eo, quod spectat rei naturam tolli, vel non tolli possit absque periculo vitæ; sic Castropalaus *d. 4. de sponsal. p. 14. q. 1. n. 5.* & alij. Hinc impotentia sive naturalis (hoc est, à natura proveniens) seu accidentalis, quæ scilicet est ab extrinseco, & aliunde, quæ tolli potest successu temporis (nimium crescente aetate) vel arte chirurgicâ sine gravi corporis periculo, vel ordinarijs Ecclesiæ remedijs per consuetas preces, & exorcismos; vel absque novo maleficio, seu demonis concursu, & peccato, dicitur temporalis. Censetur tamen adhuc perpetua, esto tolli possit per miraculum, vel artem magicam aut cum periculo damni corporalis. Nam ad hanc perpetuitatem non attenditur remotionis possibilitas, nisi evenire possit opere humano, licito, absque corporis periculo, ut colligitur ex *cir.*

c. Fraternitatis. ibi: non attendentes, quod impedimentum non erat perpetuum, quod præter divinum miraculum per opus humanum, absque corporali periculo potuit removeri. Potest autem ejusmodi impotentia viri, vel femine antecedere, vel subsequi matrimonium. Si fuit in viro, vel femina prius, quam contraxerint, antecedens dicitur; si primum post matrimonium rite contractum, vel uni eorum, vel utrique accidit, consequens, seu *super-veniens* vocatur.

ARTICULUS II.

An, & quæ impotentia dirimat matrimonium.

Quæstio est 1. *an impotentia ad copulam, naturalis & perpetua, dirimat matrimonium?* R. quod sic, si sit antecedens matrimonium. Hanc sententiam vocat Castropalaus *cir. q. 2. n. 1.* certam omnium Doctorum; quia sic non potest se obligare ad constituendum alteri jus, quoad usum activum, vel passivum sui corporis, sibi perpetuò impossibilem; & constat ex *c. 1. & 3. cum reliquis h. r.* Nam *c. Accepisti. 1. h. r.* dicitur, *si illa, quæ uxore tua esse debuisset, idem affirmat, quod tu dicis* nempe, quod licet eam etiam per annum habueris, tu tamen esses tam *frigida nature, ita ut non potueris coire cum illa, vel cum aliqua alia, & probari possis per verum iudicium, ita esse, ut dicitis, separari potestis; eâ tamen ratione, ut si tu post aliam acceperis, reus perjuryi ad iudicaris: & iterum post peccatam penitentiam priora connubia reparare debebis.* Et *c. Quod sedem. 2. eodem, ibi:* sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus conjugio: *sic qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. c. ex literis 3. eod. ibi:* respondemus igitur, quod si vitium illud mulier à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adjuvari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem; & passim alibi.

Quæstio est 2. *an impotentia naturalis dirimat matrimonium impotentis cum quovis alio, vel tantum cum certis?* R. si sit absoluta, impeditur matrimonium cum quovis alio alterius sexus; si tantum respectiva, solum cum ijs, respectu quorum est;

est; ratio est eadem; quia tunc ei, respectu cuius est impotens; constitueri non potest jus sui corporis ad usum activum, vel passivum per copulam conjugalem.

1267. *Quaestio est. 3. quid sit dicendum de impotentia ad copulam solum accidentali, si simpliciter sit perpetua, & matrimonium antecedens? R. idem dicendum, quod in prioribus de impotentia naturali perpetua, & antecedente; tam absoluta, quam respectiva. Ratio est eadem, quia promissio impossibilitatis nullam parit obligationem, consequenter nec jus, aut debitum matrimonij.*

1268. *Quaestio est. 4. an impotentia antecedens, sed solum temporalis praestet impedimentum dirimens matrimonium? R. negative, si sit a natura, si ve aliunde, etiam si sit absoluta; constat ex c. Fraternitatis. 2. Quamvis igitur. Ubi mulier propter arctitudinem a marito separata, postquam Ecclesiae constitit, arctitudinem illam fuisse solum temporalem, restituta est primo, a quo separata est. Dicitur capitulum sic loquitur: *Fraternitatis tuae litteras receperimus, continentes, quod mulier cuidam viro matrimonialiter nupsit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per Archipresbyterum tuum super hoc fuisset edoctus; tu tamen volens habere certitudinem pleniorum, quasdam matronas tuae paraciae providas, & honestas, ad tuam praesentiam evocasti, districte illis injungens, sub periculo animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirent diligenter, utrum idonea esset ad viriles amplexus? quae in fide sua tibi asseruere constanter, quod eadem nunquam poterat esse mater, aut conjunx, tanquam cui naturale deerat instrumentum; unde inter ipsam, & virum divortium celebrasti, mulierem inducens, ut ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam servatura: & viro licentiam tribuisti, ut uxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier invenit, qui seras hujusmodi referavit, & abiciens continentiam, quam promissit, G. latori praesentium super nupsit.**

1269. *Quamvis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promissit continentiam servaturam, utrum videlicet simplici verbo, an voto solemnium*

utrumve ad religionem transierit, ut promissit; an contra promissionem suam in domo remanserit; & qualiter seras illas fecerit referari: utrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo: nos tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum; quod praeter divinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit removeri: sententiam divortij, per errorem licet probabilem novimus esse prolatam, cum pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cujus simili commiscetur: & ideo inter ipsam, & primum virum dicimus matrimonium extitisse; quare inter eam & praefatum Guil. matrimonium non esse censemus, eosque praecipimus ab invicem separari.

Et si praedicta mulier ad religionem transiit (sicut asserit, promissit) primus vir, qui non cognovit eandem, cum ea remaneat, cum qua postmodum Ecclesiae auctoritate contraxit; alioquin ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, nisi se voto mulier illa constrinxerit ad continentiam observandam, ut intelligatur per hoc cum praefato Guil. fornicata fuisse, vel nisi se fornicario modo alij viro miscuerit, ut primus vir praetextu fornicationis, ejus velit consortium declinare: nam si tantum simplici verbo se promissit continentiam servaturam, & postea in conspectu Ecclesiae nupsit memorato Guil. quamdiu articulus iste dubitabilis erat, praesumpti non debet, quod fornicaretur cum illo, sed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere. Per haec autem quaestionem illam noveris esse solutam, qua quaeritur, utrum ea, quae adeo arcta est, ut nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo levis, sed forte tam gravis, ut ex ea mortis periculum timeatur; ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi? similiter illa, quae viro, cui nupsit, adeo arcta est, ut nunquam ab eo valeat deslorari: si ab eo sit per judicium Ecclesiae separata, & nubit alteri, cui arcta non sit, & per frequentem usum secundum, reddatur etiam apta primo: utrum ad eum redire debeat, cum quo prius fornicatus fuerat conjugale? De talibus autem non est facile judicandum: cum finale judicium pendeat ex futuro.

Dices;

1270. Dices: matrimonium inter impuberes contractum, nullum ac irritum est, & tamen nihil obstat, nisi impotentia temporalis ad copulam. R. illud matrimonium non esse nullum jure naturali, sed tantum Ecclesiastico, adeoque non ratione impotentiae præcisè, sed ob defectum ætatis; quam jus Ecclesiasticum in contrahentibus matrimonia exigat. Et ideo cum illis, licet tunc temporaliter impotentibus, Ecclesia dispensare potest, ut, etiam ante potentiam ad copulam, validè contrahant; non autem cum impotentibus perpetuò propter rationem in supra dictis allatam.
1271. Ex dictis colliges. 1. Si vir vas femineum penetrare non possit, tametsi in illius introitu semen verum effundat, censeri debere impotentem ad matrimonium. Nam illa feminatio non sufficit *per se*, ut conjuges fiant una caro, tametsi aliquando per accidens naturali virtute matricis aliqua pars feminis intromittatur; sic Castropal. *cit. n. 1.* Similiter si vir potens sit vas femineum penetrare, impotens tamen effundere semen per se generationi aptum, matrimonio ineptum esse. Nam ob id Sixtus V. anno 1587. definivit, Eunuchos, utroque testiculo carentes, jure naturæ incapaces esse matrimonij; quia, licet possint vas femineum penetrare, non tamen possunt emitte semen per se aptum generationi; ita Sanchez *l. 7. d. 92. à n. 7.* Secus est, si tantum uno sint orbatu testiculo; quia tunc emittere verum semen possunt.
1272. Colliges 2. in femina solam impotentiam feminandi non obstat matrimonio; quia probabilius est ad generationem per se non esse necessariam feminationem feminæ; ita Sanchez *cit. n. 9.* contra quosdam Doctores, quibus adheret Gaspar Hurtad. *d. 22. diff. 5.* Sterilitas autem, seu sola impotentia ad generationem, non obstat matrimonio; ita D. Thomas *in 4. d. 34. q. unic. a. 2.* quia sterilitas sola non facit impotentem feminare vero semine, & apto naturæ suæ generationi, esto per accidens (ob temperamentum talis subjecti) ab hac impediatur. Licet autem impotentiam ortam ex maleficio non posse perpetuam esse, censeat glossa in *c. fin. 33. q. 1.* & in *c. Fraternalitatis, de Frigidis*; Innoc. in *c. Laudabilem eod.* posse tamen illam esse perpetuam rectius docuit D. Thomas in *4. d. 34. q. unic. a. 3. in o.* & alij communiter, ut colligitur ex *c. fin. usu & consuetudine Ecclesiæ approbato*, imò & experientia. In dubio autem, an sit perpetua, vel temporalis, triennium ejusmodi conjugibus conceditur, quo carnali copula vacare debent, quam si perficere non possint, declarandum erit, esse perpetuam, ex *c. fin. de frigid. cum communi Sanchez l. 7. d. 94. à n. 12.*
- Præterea not. hoc impedimentum matrimonij à Sanchez *l. 7. hic. d. 92. n. 2.* definiri, *vitium naturale, vel accidentale*, impediens coitum, intellige perfectum juxta n. 460. nascitur ex defectu corporali, quem triplicem fecerunt veteris juris canonici compilatores, videlicet, *frigus, maleficium, & impotentiam coeundi*, propterea sub hoc triplici defectu inscribentes præsentem titulum; de quibus vide dicenda in seqq.

ARTICULUS III.

Quid operetur impotentia superveniens matrimonio contracto.

R. quòd impotentia superveniens matrimonio consummato, illud non dirimat, licet foret absoluta, & deinceps perpetua; sive proveniat à natura, sive aliunde. conf. ex *c. Hi, qui, 32. q. 7.* ibi: *hi, qui matrimonium sani contraxerunt, conjugia talium solvi non debent, licet membris truncentur, aut à Barbaris exsecti fuerint.* Et ratio sumitur ex omnimoda indissolubilitate matrimonij consummati; de qua dicemus infra.

Dices: ergo saltem dirimet matrimonium ratum tantum, si ei superveniat, & perpetua sit? videtur quòd sic ex *c. quod proposuisti 32. q. 7.* ubi dicitur, *quod si vir muliere infirmitate correpta, nec valente debitum reddere, continere non poterit, nubat magis.* sic Gregorius III. ad Bonifac. Episcopum: & *c. ex literis, 3. h. r.* ubi ad casum de muliere, qua, quia vir ejus ei debitum reddere non poterat, tam gravem infirmitatem contraxit, ut omnino viro facta sit inutilis, & instrumentum ejus impeditum ita, quòd vir ei commisceri non potuit, Alexander III. respondit: *Si vitium illud mulier à natura contraxit, nec opem medicorum poterit adjuvari, viro aliam accipiendi, liberam tribuas facultatem;* ergo, si primum superveniet matrimonio, hoc solvitur, si tantum ratum sit, ut in hoc

in hoc casu; ita sentiunt complures apud Barb. in *cit. c. ex literis n. 2.* Hoc ipsum amplius confirmatur ex *cod. c. Ex literis 3.* in quo, ut legitur apud Gonzalez *h. t. c. 3. cod.* habentur hæc verba post prius citata: *Si vero ex culpa viri hoc provenit, licet non sit tutum indulgeri ei, ut aliam accipiat, tamen sub dissimulatione poteris sustinere.* Ex his autē verbis sequitur, viro posse permitteri ad alia transire vota, si post matrimonium cum muliere contractum (& ratum tantum) ipsa inhabilis fiat, quod viro commiseri non valeat.

1276. Histamen non obstantibus tenendum videtur, matrimonium etiam ratum tantum, non dissolvi per impotentiam supervenientem, ita communis teste Barbosa *cit. hanc sententiam negativam esse verissimam dicente, cū Sanchez l. 7. hic d. 110. a n. 3.* Ratio sumitur ex *c. Hi, qui, 32. q. 7.* quod indefinitè loquitur, ut habetur supra *n. 1274. & c. Si uxorem. 32. q. 5.* ubi dicitur retinendam esse uxorem antè ductam, non obstante quocunque corporis impedimento superveniente.

1277. Nec obstat *c. Proposuisti* in *n. 1275.* Nam ex hoc textu solum colligitur, post cognitā impotentiam in muliere ad reddendum debitum, datam viro facultatem ducendi aliam, non quod ea impotentia primū supervenerit, sed antecesserit, saltē præsumptione in casu dubij; sic *Gl. ibid: V. nubat.* Sotus in *4. d. 33. q. 420. n. 95. & alij.* Et licet ibi dicatur, *non propterea debitum subsidium esse auferendum primæ* (quæ scilicet erat uxor putativa) ea tamen verba referri debent ad dotis restitutionem, quæ in hoc casu omnino illi debita fuit, ut notat Gonzalez ad *e. s. h. t. n. 8.*

1278. Ad *c. ex literis* *re. ibi* satis indicari, transitum ad alia vota viro concedi propter mulieris impotentiam naturalem, & antecedentem, ex illis verbis: *si vitium illud à natura contraxit.* Ad confirm. in *n. 1275. re. ibi* non dici quod eo casu possit, vel liceat ad alia vota transire, sed tantum, si, quia continere non valet, ad alia vota transiret, dissimulari posse, quia dubium erat, an à natura, an à culpa viri inhabilis facta sit? in dubio autem impotentia præsumitur antecessisse.

1279. Confirmari dicta possunt ex eo; quia nullibi reperitur revelatione divinā concessum hoc privilegium, seu vis dissolven-

di matrimonium ratum tantum, impotentia superveniente. Nam matrimonium ratum tantum jure divino est insolubile, ut dictum est aliis. si autem velis jure extraordinario, vel etiam ordinario in casu extraordinario id competere summo Pontifici, ut aliqui volunt infra referendi, solutio, quam per allatos textus probari volunt nobis contrarij, non est facta per impotentiam supervenientem, sed Pontificiam dispensationem: his præmissis.

Dubitatur 1. an, & qualiter impotentia superveniens impediatur usum conjugij? *re. 1.* quod impotentia superveniens, vi cujus verū semen emitti non potest, non impediatur petitionē, aut redditionē debiti, quia per accidens solum impeditur eo casu copula conjugalis; ita Toletus *l. 7. Summ. c. 14. n. 4.*

re. 2. superveniente impotentia seminandi intra vas, ob imbecillitatem viri, vel arctitudinem scemine, vel aliam causam, secluso periculo pollutionis, non prohiberi conjugibus alios actus conjugales (amplexus, tactus &c. (imò nec copulam, si certi non sunt, semen extra vas effundendum; deducitur ex *c. Laudabilem. de frigid.* ubi conceditur triennium ad investigandam impotentiam; Sanchez *l. 9. d. 17. n. 20.*

re. 3. Si impotentia non sit ad copulam, sed tantum ad generationem, ut si mulieri constet, quod semper edat fetus mortuos, aut se manifesto periculo vitæ exponat, si concipiat, ex judicio medicorum; non teneri reddere debitum; quia nemo se obligat ad solvendum debitum cum tam gravi periculo suo, vel prolis.

Dubitatur 2. quid dicendum de senibus, & infirmis? *re.* aliquos censere, quod senes decrepiti sint incapaces ad matrimonium; sed contrarium dicendum est, si natura, vel arte calere possint ad coitum, seu copulam. Et ideo Ecclesia nullos senes à matrimonio contrahendo rejicit, ut docet *S. Thom. cit. a. 2. ad 3. & Sanchez cit. l. 7. d. 11. n. 19.* ubi ait, *certissimum esse, & usum Ecclesie id comprobari, solam senectutem non obflare matrimonij valori;* neque unquam, ut habet *n. 23.* ob senectutem denegandam esse alicui ab Ecclesia facultatem inveniendi matrimonium, nisi aliud impedimentum allegetur, & probetur.

Fcemine autē, quantum vis vetulæ, propter senectutem non sunt impotentes ad matrimonium; cum earum frigiditas

non impediatur feminis virilis receptionem; ita Sanchez *cit. n. 5.* si tamen senex aliquis adeo foret exhaustus, ut iudicio medicorum juvari non posset ad habendam copulam (esto graves Doctores apud Castropal. *cit. n. 5.* iudicent, adhuc capacem matrimonij saltem habitu) Abbas tamen in *cit. c. 2. de frigid. & alij cum Layman. l. 5. ff. 10. p. 4. c. 11.* probabilius censent oppositum; quia tunc illi copula foret impossibilis, adeoque alteri constituendi jus ad eam exigendam. Nec obstat, quod hæc impotentia illi ex accidenti proveniat. Nam undecumque proveniat, si subiectum reddit incapax ad copulam, & hoc constet, vel probetur, eo ipso reddit incapax, ut possit ad matrimonium obligari. sic Castropal. *cit. n. 5. & constar ex n. 1205. & seq.*

1285. Dices: infirmus, cuius desperata salus est, capax est matrimonij, licet nullâ arte, vel medicinâ juvari, vel excitari possit ad copulam; sic enim capacem esse testatur consuetudo, & usus Ecclesie, & communis sententia Doctorum. R. cum Castropalao *cit. n. 6.* moribundum, licet ob vehementiam morbi tunc impeditus sit ab habenda copula, tamen integram adhuc potentiam habere; si verò hæc vi morbi destructa foret (quod nunquam præsumitur) eo casu pariter incapacem fore matrimonij. Nam nemo potest se obligare ad præstandum alteri, quod nunquam potest; facultas autem matrimonij contrahendi supponit in contrahentibus talem potentiam, cum alteri constituat jus ad usum corporis per carnalem copulam.

1286. Dubitatur 3. quid dicendum est de Hermaphroditis? Not. Hermaphroditum dici, qui gaudet utroque sexu, virili & femineo. Judicatur autem vir, vel femina juxta sexum prævalentem, ut dicitur in *L. Quæritur. 10. ff. de statu hominum.* Si neuter prævaleat, æquè vir, ac femina iudicandus erit; & tunc in ejus arbitrio erit, pro uno sexu se declarare, à quo semel electo non licet ei variare; Sanchez *cit. l. 7. d. 106. n. 1.* Hinc si hermaphroditus semel constet, qui sexus prævaleat, licitè & validè, secundum illum contrahit, ut si prævaleat sexus virilis, licet ei contrahere cum femina gloss. in *c. Si testes. V. ad testimonium 4. q. 3.* Et in dato casu eum, juxta sexum imbecilliorum, posse contrahere negat Sanchez *cit. n. 5.* Alij autem (ut Pontius *l. 7. c. 65. n. 8.*) cen-

sent validè contrahere, si etiam secundum illum potens sit, imò & licitè, si ad copulam habilis, sic tamen, ut si semel secundum sexum (v. g. virilem) contraxit, & cum alio uteretur altero sexu, committeret adulterium, ut docet Castropal. *cit. §. 5. n. 4.* quia læderet fidem conjugalem, nulli nisi conjugum, se carnali copulâ commiscendi.

Dubitatur 4. quid dicendum de Eunuchis, & Spadonibus. R. ex dictis constat, impotentiam ad copulam carnalem provenire posse ex triplici corporis defectu, nimirum ex *frigiditate*, de qua n. 1273, deinde ex *maleficio*, seu arte magica, qua sit, interdum naturale instrumentum copulæ sic affici, ut in viro excitari non possit concupiscentia, vel ut primum usui corporis alieni accedit, elanguescat, vel seminandi destituatur, aut in mulieribus arctetur *ecc. 3. corporis vitio*, nimirum vel calore nimio ita præpropere semine dilabente, ut vas expectare nequeat, vel ex membri virilis excessu, crassitudine, similive defectu, quo à penetratione vas aliene impeditur, aut actu seminandi intra illud. Præterea not. *castratos* (qui etiam *Eunuchi* dicuntur) esse, quibus ambo testiculi desunt, *Spadones* vero, qui membris corporis integris, ac incorruptis propter temporale aliquod impedimentum (vel naturæ frigiditatem, vel ob distortum, aut impeditum seminis matris, ut semen non rectè egeratur) procreare liberos non possunt. Hinc illi naturâ sunt impotentes ad generandum; isti verò solum per accidens, Manzius in *§. Sed. Et illud. 9. Instit. de adoptionibus à n. 4.* his posit.

R. Castratos, seu Eunuchos incapaces esse matrimonij; secus Spadones. Ratio primæ partis est, quia illi non possunt verè semen emittere, sine quo non fiat potentia ad copulam perfectam, ut pluribus probat Sanchez *l. 7. d. 92. n. 17.* Nam ad hoc non sufficit, eos virgam erigere, vas feminæ penetrare, aut etiam humorem aliquem aqueum emittere posse, si desit facultas intra illud seminandi vero semine, per se generationi apto seu idoneo, ut vir & mulier fiat una caro, ut colligitur ex *c. Laudabilem. b. t. ibi: uterque jurejurando dicat, quid nunquam per carnis copulâ una caro effecti fuissent; & tunc videtur, quòd mulier possit ad secunda vota convolare. Et confirmatur ex constit. Sixti V. referenda infra. Ratio secundæ partis est, quia cum Spadones inter-*

gra virilia habeant, & uno tantum testiculo orbati sint, verum, ac generationi idoneum semen emittere possunt, adeoque hoc titulo nullam impotentiam laborant; quod etiam procedit de Eunuchis, si tantum uno testiculo careat, ut notat Sanchez.

cit. n. 14.

1289. Dubitatur 5. quid dicendum, cum adest impotentia ex parte mulieris? R. Si mulier propter suam arctitudinem a nullo viro carnaliter cognosci possit, esse simpliciter incapacem matrimonij; si autem respectu hujus tantum, vel illius; quoad alios inhabilem non esse. Caterum quia circa hanc materiam plures quaestiones proponi possunt. Dubitatur 6. an mulier nupta, si propter nimiam arctitudinem a viro cognosci non potest; in tali casu scissuram licite admittat, si medicorum ope juvari possit, ut viri congressui apta reddatur? R. posse; quia licitum est naturam juvare per medium licitum, ut colligitur ex c. *Fraternitatis*, h. r. relato supra.

1290. Dubitatur 7. an in tali casu teneatur scissuram admittere? R. Si talis scemina nullam habet specialem praeter aliam arctitudinem, praeter claustrum, seu pudorem virginalem, in dato casu obligatam non esse ad sustinendam scissuram, etiam si possit etiam absque incommodo; quia in matrimonij contractu corpus suum, ad usum conjugalem, alteri tradit prout a natura destinatum. Natura autem apertionem claustrum virginalem ad usum conjugalem non destinavit alio medio extraordinario; quod tamen sic accipere, ut non excludatur obligatio ad sustinendam scissuram, si praeter arctitudinem, & hujus consensu contraxit cum eo, qui hujus ignarus est. Nam tunc ratione hujus deceptionis tenebitur admittere curam, qua corpus ejus reddatur aequale aptum congressui conjugali, ac sit aliarum mulierum; Quod tamen limita, ut solum procedat, si medicis consultis, sine corporali periculo ad hoc juvari possit. Nam quod nunquam obligata sit hanc scissuram, medicis inconsultis, patet, certissimum esse dicit Castrop. cit. p. 14. §. 1. n. 10. ex Sanchez cit. l. 7. D. 93. n. 29. Hinc a viro fugere potest, si hic alio instrumento, medicis inconsultis, illam apertionem attentaret, quousque hujus violentiae securitatem habeat.

1291. Not. autem hic per corporale periculum Tom. IV.

juxta Sanchez cit. d. 93. n. 18. intelligi periculum mortis judicio medicorum. Nam postquam in c. *Fraternitatis* vers. *quamvis*, Pontifex dixit, impedimentum esse perpetuum, quod absque corporali periculo tolli non potest, in eodem textu. V. per haec autem, se ipsum explicans, illud ipsum appellat mortis periculum, ut constat ex ejus verbis, nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo levis, sed forte tam gravis, ut ex ea mortis periculum timeatur; sic ille. Censendum tamen est vere probabile, sufficere periculum gravis ac diuturni morbi; nam tale periculum est vere grave periculum corporale. Sic Henriquez l. 12. matr. c. 7. n. 6. praesertim, cum Pontifex non absolute requirat violentiam tam gravem, quae mortis periculum afferat; nisi forte, ut liquet ex ejus verbis: hoc autem verificatur in gravi, ac diuturno morbo, quod maxime obtinet, si habitas ex ea incisione solum esset brevis; ac modici temporis speranda; quo casu probabilis est, nec ex obligatione admittendam; ita ad hoc postremum Sanchez cit. n. 19.

Dubitatur 8. an femina nupta, quae propter suam arctitudinem a viro suo cognosci non potest, huic reddi debeat, postquam per alium cognita est, facto exinde argumento, quod impotentia nulla fuerit in primo viro: affirmativam docent Innocentius, Hostiensis, & alij, volentes eo facto factis probari, illam arctitudinem a primo viro sufficienter superari potuisse, ac proinde validum fuisse inter eos matrimonium. Hoc verum esse censet Abbas in c. *Fraternitatis* a n. 2. & Sanchez cit. a n. 13. si primus, post diligentem attentionem, inveniatur omnino similis secundo, aetate, robore, membro, esto forsitan non aequale illam cognoscere possit; ut notat Sanchez cit. d. 92. n. 6. secus autem, ab hoc ad illud, sumi nequit concludens praesumptio.

Dubitatur 9. an censetur impotentia perpetua, si femina sciat, se non posse concipere sine manifesto periculo vitae, vel propriae, vel prolis? affirmat Henriquez l. 11. c. 7. n. 8. quia sic non potest habere copulam sine peccato; probabilis tamen est, non esse perpetuam, sed solum pro tempore conceptionis, non autem pro eo, quo evadit sterilis, seu per accidens inepta generationi, ita Sanchez cit. n. 29.

& alij. Nec obstat, quòd durante illo periculo non possit licite debitum reddere, quia non requiritur ad matrimonium, quòd conjugatus se obliget ad reddendum debitum *quovis tempore*; sed cum legitimum impedimentum abest; alias infirmus impeditus à redditione debiti, impotens foret ad contrahendum. Caterum probatio (quæ fit per copulam cum alia) non est licita, nisi mulier à primo propter arctitudinem suam legitime separata, nuberet alteri; à quo cognosci potest, cui prior, ut diximus in vigore corporis inferior, vel saltem notabiliter dispar non sit. Nam tunc præsumitur etiam à priori viro cognosci potuisse; secus si non nisi aptata per copulam cum alio, à primo cognosci non posset; tunc enim matrimonium cum primo nullum foret; Sanchez. d. 93. n. 13.

ARTICULUS IV.

De impotentia dubia.

1294. Hactenus ea diximus, quæ spectant ad quæstiones, cum impotentia est certa, nunc agendum est de casu, quo est dubia, & quæstio est. 1. *an dubius num sit potens*, debeat abstinere à matrimonij contractu? & affirmative propter periculum alteri potenti irrogandi injuriam; ita Sanchez cit. n. 103. *in fine*: si tamen non obstante dubio contrahat, posse reddere, ac petere debitum, ut Ecclesiæ constare possit, an valide, vel invalide contraxerit? si autem intra triennium non probetur potens, iudicio Ecclesiæ separandum, ut dicemus infra; at si dubium de illius potentia vel impotentia post triennium vinci non possit, probando, quòd verè consummaverit matrimonium, vel consummare non potuerit, standum est pro favore matrimonij contracti; quia quilibet præsumitur potens, dum non probatur contrarium.

1295. Quæstio est 2. quid dicendum, si de impotentia constet, sed dubitetur, an ea matrimonij contractum præcesserit, vel subsécuta sit? præsumendum esse, quòd præcesserit, si ve ortum habeat à natura, si ve aliunde, complures probabiliter docent apud Sanchez d. 103. n. 2. sed probabilius est oppositum, si allegetur primum post aliquot annos à contracto matrimonio; Nam quilibet præsumitur potens, dum contrarium non probatur; hinc, asserenti,

talem impotentiam fuisse ante contractum matrimonium, incumbit probatio. Aliud est, si statim, vel post exiguum tempus allegetur, & de illa constet; tunc enim in dato dubio, præcessisse, merito præsumitur: in dubio autem, num ea sit naturalis, vel accidentalis? & præsumendum hoc posterius, dum contrarium non constat. Nam in obscuris, quòd minimum est, & minimè gravat, sequendum est. Si tamen fornicariè cognoscatur ab alio, primo viro debiliori, nec in alio dispari, valeret matrimonium cum primo, quia merito præsumeretur potuisse pariter cognosci ab eo.

ARTICULUS V.

An, & quando reclamari possit contra impotentiam alterius?

Ante resolutionem supponendum, plurimis de causis multum interesse conjugum, ne alligati sint vinculo perpetuo impotentis vel absolute, vel respectivè; & ob id in certis casibus illis licere contra impotentiam alterius reclamare, ut matrimonium inter eos in initum ab Ecclesia solvatur, non solutione vinculi, sed declaratione nullitatis, seu matrimonij inter eos invalide contracti propter impedimentum, quòd alterius impotentia præstat. Quæstio nunc est, an, & quando, conjugi non impedito, vel etiam impedito, contra alterius impotentiam vel matrimonium, reclamare liceat, hoc est, apud Judicem Ecclesiasticum petere, ut matrimonium inter eos separatur, seu, ut dixi, nulliter contractum declaretur, datà non impedito facultate ad aliud, si velit, matrimonium contrahendum.

Supponendum 2. cum de impotentia, quæ allegatur, non constat, alleganti incumbere probationem vel per verum iudicium, vel septimam manum propinquorum, vel triennium continuum, quo demonstret, se tanto tempore conatos fideliter, nunquam tamen potuisse matrimonium consummare: ut magis patebit ex sequentibus. Potest autem impotentia unius ex conjugibus allegari, vel paulò post contractum matrimonium, v. g. statim, post duos, tres menses, vel tardius, nimirum post unum, vel plures annos, quibus ijdem cohabitaverunt, ut colligitur ex diversis capitulis hujus tituli. his præmissis:

1598. Re. 1. quando inter duos conjuges est impotentia ad consummandum matrimonium, cum quâ præcedente matrimonium invalide contrahebatur, non tantum non impedito, ut constat ex pluribus h. t. canonibus; sed ipsi etiam impedire licere reclamare ad matrimonij separationem; ut aperte constat ex c. *accepti* 1. h. t. ibi: cuius ratio est; quia & huius interest, non esse ligatum vinculo, quod propter impedimentum dirimens nullum est, ac irritum V. textum in 1265. supra.

1599. Re. 2. Si mulier, quæ viro nupsit, contra viri impotentiam reclamet *statim*, nimirum post unum, alterumve mensem, audiendam esse; & licet vir neget, ab eo separandâ, si probet ejus impotentiam per verum iudicium, seu, ut notat Gonzalez in cit. c. 1. per *justum iudicium*, prout habetur in c. *Laudabilem* 5. h. t. ubi Cœlestinus III. ad questionem, quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis? respondit: Nos in præsentî consultatione sentimus, ut à tempore celebrati conjugij, si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & juxta decretum Gregorij mulier per justum iudicium de viro probare poterit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur. Quod si ambo consentiant simul esse: vir eam, est non ut uxorem, saltem habeat ut sororem. Si autem, quod nunquam se invicem cognoverint, ambo fateantur, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ fame (si propinqui defuerint) tatis sacrosanctis Evangelij, uterque iurejurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, & tunc videtur, quod mulier valeat ad secundas nuptias convolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi, qui juraverant, rei perjuri teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad connubia priora redire. ratio est ex cit. c. 1. ibi: si autem illa (nimirum non impedita) in ipsa novitate, post mensem, aut postremum post duos, ad Episcopum, aut ad ejus missum proclamaverit (si probari potest (impotentia) per verum iudicium) separare potestis, & illa, si vult, nubat in Domino.

Dixi, si reclamet *statim*, nimirum ex

ipsa matrimonij novitate, hoc est, ut dicitur cit. c. 1. *post unum, vel duos menses*. Nam si reclamet tardius nimirum *post unum, vel dimidium*, tunc non audietur, viro contrarium asserente, ut dicitur eodem c. 1. ratio redditur, quia in casu tardioris reclamationis, ipsa sibi imputare debuit, quod *tandiu tacerit*; & viro, qui est caput mulieris, creditur. dixi: *tunc non audietur*, nimirum *ante lapsum triennij*. de quo dicam infra.

Re. 3. si ipse impotens, post unum, aut tres menses, vel etiam annum, à contracto matrimonio, contra hoc reclamet, & se naturâ frigidum, consequenter impotentem, affirmet, posse matrimonium separari, duobus concurrentibus. 1. si idem etiam affirmet mulier de ipso. 2. si, quod ambo dicunt, per verum iudicium probari possit, ut habetur cit. c. 1. ex quo sequitur, quod non credatur soli assertioni conjugum, uno eorum dicente se impotentem, & altero idem negante; sed requiri eorum, quæ ipsi allegant, legitimam probationem per justum iudicium, ut constat ex cit. c. 1. Unde hoc semel præstito, non exigitur, ut simul mancant triennio, quod in c. *Laudabilem* 5. h. t. exigitur solum in casu, quo per clara & urgentia indicia frigiditas, seu impotentia non constat, aut probari potest.

Unde tametsi unus, vel ambo conjuges fateantur unius frigiditatem, vel impotentiam, quin ex claris indicijs, vel vero iudicio de illa legitima probatio fiat, non potest matrimonium separari, nisi prius triennio continuo cohabitent, ut ex lapsu temporis de illo, quod allegatum est, constare possit, ut deciditur in c. *Laudabilem* h. t. Hæc autem triennalis cohabitatio non exigitur, ut propter impotentiam ab uno, vel utroque conjugum allegatam, matrimonium separari possit; nisi quando prius nulla sunt indicia, vel legitima probatio impotentiae, sed signa solum dubia; ita Cœlestinus. 3. in cit. c. *Laudabilem*, ibi: *si frigiditas prius probari non possit*.

Not. autem 1. non sufficere triennem cohabitationem *utcumque*, sed requiri *cum sæpius attentata copula*, qualiter inter honestos conjuges usus conjugij exerceri solet; Nam alias elapso triennio non possent justè jurare, se matrimonium consummare non potuisse, ad quod tamen tenentur in præsentî casu. Nam ut elapso triennio

nio Ecclesie constet de impotentia illorum, de jure requiritur, quod ambo jurati fatentur, cum septima manu propinquorum, vel, in horum defectu, vicinorum bonae famae, quod nunquam potuerint hucusque matrimonium carnali copula perfecta consummare; quo praestito, auctoritate Ecclesie non impedito licebit alteri, si volet, nubere, ut constat ex *cit. c. Laudabilem*; quod, ut verum sit, omnino requiritur, quod per illud tempus saepius (ex usu honestorum conjugum) tentaverint, & conati sint, matrimonium consummare.

1302. Circa hoc not. 2. hoc triennium, ejusmodi probationi probandae impotentiae in dubio (num adit:) praemittendum computandum esse spectato juris rigore à die, quo conjuges (utique puberes) habitaverunt simul in eodem lecto; & copula attentata, quae alioquin praesumitur ex illa cohabitatione, ut ait Sanchez *l. 7. d. 110. a n. 4.* & alij. Licet enim dicatur in textu: *à tempore celebrati conjugij*, computandum; intelligendum tamen est de tempore copulae attentatae; quia tempus hoc datur pro exploranda potentia ad copulam; nimirum quod dicto triennio copulae operam dederint, & habere non potuerint; debet autem istud triennium esse *continuum*, ut dicitur in *c. fin. de frigidis*; & si interpolatum esset, suppleendum foret; dixi *continuum* nimirum *civiliter & modo humano*, quia non censetur interrumpi, si conjuges ex causa, uno vel altero mense anni non vivant simul.

1303. Not. 3. juramentum, quod eo triennio matrimonium consummare non poterint, exigi non tantum ab ipsis conjugibus, sed etiam ab alijs ibidem expressis, nimirum septem cujuslibet eorum propinquis, vel in horum defectu vicinis bonae famae. Conjuges jurare debent *de veritate dicenda*; ceteri *de credulitate*, nimirum quod verosimiliter credant, conjuges verum dicere, ut notat gl. in *cit. c. Laudabilem. v. uterque*. Quamvis autem in textu dicatur, juramentum illud fieri debere *taetis sacrosanctis Evangelij*, sufficit tamen, si fiat *ad crucem*, ut notat Castropalaus *d. 4. de sponsal. p. 9. n. 11.* qua in re potissimum convenit spectare morem, & usum jusque Ecclesie; & videri super hoc potest Gonzalez in *c. 5. h. t. n. 11.* si verò is, de cujus impotentia agitur, negat se impotentem, nulli testes ex illius parte requiruntur, qui

testentur se credere, ipsum verum dicere, sed tantum ex parte affirmantis; sic Joan. Andreas Innocent. Ancharan, & alij, cum & apud Sanchez *cit. d. 109. n. 13.*

Not. 4. Triennium illud maxime concedendum, cum impotentia est ex maleficio; cum saepe depelli possit medijs humanis. Hostiensis ad *c. Laudabilem n. 1.* & ad *c. fin. v. Triennium, de frigid.* intellige; si necdum tantum tempus ad investigandam impotentiam praemissum est, vel si non cohabitaverunt tanto tempore, semper infructuose attentata copula. Hinc si jam triennio, vel ultra copulari non potuerunt, id non requiritur. Quod si clapsio triennio adhuc veritas cognosci non possit, regulariter pro matrimonio standum est; cum causa ejus sit favorabilis; quamquam utroque conjugum impotentiam cum juramento fatente probabilius illa inspectio, & septima manus propinquorum jurata non requiratur. ut docet Sanchez *cit. l. 7. d. 108. n. 6.* Ceterum, si impotentia prius certo constet, vel probari non possit, & ambo conjuges eandem fateantur, esto reclamant ambo, vel eorum unus tardius, triennium non requiritur; sufficit autem, ut *constare* dicatur, quod habeantur ea signa, quae praesentent certitudinem moralem. Nam in humana certitudo moralis evidentiae aequivalet; ita Sanchez *cit. d. 107. n. 4.*

Et quamvis aliqui in hoc casu requirant simul juramentum conjugum, & septimanis (hoc est, septem testium) propinquorum ex parte cujuslibet conjugis; aut in horum defectu septem vicinorum testantium, se credere, conjuges verum jurare, adhibita quoque conjugis impotentis inspectione, vel per medicos, vel per honestas matronas, quorum omnium testimonia convenientia sint: recte tamen alij judicant; praeter moralem evidentiam in dato casu, nihil aliud requiri; sic Gaspar. Hurtad. *d. 22. diff. 11. n. 38.* & Castropalaus *cit. d. 9. n. 5.* Nam aliud juramentum, & inspectio, solum requiritur in casu dubio, ut constat ex *c. Laudabilem. & c. fin. de frigid.*

Not. 5. si triennium experientiae jam praecessit, conjuges quovis tempore reclamare contra impotentiam alterius; & matrimonium separari posse, si vel ambo impotentiam fateantur; juxta dicta; vel adsint moraliter evidentes probationes, ut constat ex *c. fin. h. t.* ubi post octo annos, muliere

muliere reclamante, & viro confitente, se respectu illius impotentem, postquam idem juramento firmaverunt, & per inspectionem à matronis bonæ opinionis, fide dignis, ac expertis, in opere nuptiali factam testatae sunt, mulierem adhuc virginem esse, matrimonium solvi posse, Honorius, III. respondit.

1306. Not. 6. hanc inspectionem ad divortium quoad vinculum matrimonij, propter alterius è conjugibus impotentiam non necessarium requiri. Nam in hoc c. *fin.* allegatur solum ad probandam impotentiam, & si alijs modis, de quibus in c. *Landabile*, impotentia probetur, non exigitur; quales autem, & quot debeant esse illa matronæ, quæ de virginitate mulieris deposituræ sunt, tradit Castropal. *cit.* p. 10. à n. 6. & fuse Sanchez l. 7. d. 113. à n. 18. Et ex his colligitur, quid intelligatur per *verum iudicium*; hoc enim habetur *legitimam probationem* impotentiae pro diversitate casuum, quibus agitur contra matrimonium, nimirum vel reclamando statim in novitate, vel tardius, de quorum utroque jam dictum est in superioribus.

1307. Not. 7. Eum, qui sciens alterius impotentiam, nihilominus cum illo contrahit, Ecclesia permittente posse cum illa permanere, tanquam cum sorore, licet illam habere in uxorem non possit. C. *consultationi*. 4. h. ubi Luitus III. ad quæstionem, *utrum femine clausæ, impotentes commisceri maribus, matrimonium possint contrahere? & si contraxerint, an debeat rescindi?* taliter respondit, quod, licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium; Romana tamen Ecclesia consuevit in consimilibus judicare, ut, quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores, hinc in ejusmodi casu potens, propter alterius impotentiam reclamare non potest, nisi iussu timeat periculum incontinentiæ. Idem est, si post matrimonium ignoratâ alterius impotentiam contractum, simul castè habitare velint.

1308. Not. 8. probabilius esse, conjugem, qui ab impotente propria autoritate recedit, ante præmissum experientiae triennium, ubi hoc de jure requiritur, relicto statim esse restituendum quoad mutua[m] habitationem, & obsequia, nisi statim, & in continenti probationes certas, & evidentes afferat. ita Sanchez l. 7. d. 112. n. 8.

Nam alter, ratione matrimonij, jus habet ad illa; ergo spoliari eo non debet, sine certa & evidenti ratione. Si autem jam præcessit triennium ad explorandam potentiam, probabilius est, non esse statim restituendum, sed admittendas esse exceptiones impotentiae, ut notat Sanchez *cit.* Si quaras, an in primo casu recedens, etiam quoad usum conjugalem restituendus sit? negat Sanchez *cit.* sed rectius affirmare videtur Castropal. *cit.* p. 14. p. 11. n. 2. quia etiam, quo ad illud, jus per matrimonium acquisivit.

ARTICULUS VI.

An aliquando, matrimonium, ob impotentiam dissolutum, restaurari debeat?

Quæstio est. 1. an, postquam conjuges, 1309. propter impotentiam viri, ortam ex frigiditate, separati sunt matrimonio soluto, vir uxori primæ restituendus sit, si postea appareat potens, ut, si contracto alio matrimonio, illud consummare potuit? R. in dato casu virum restituendum esse primæ uxori; quia tunc constat, impotentiam contra primum matrimonium esse falso allegatam; sic Castropal. *cit.* p. 14. p. 12. colligitur ex c. *Accepisti*. 1. h. t. ibi: *separari potestis eâ tamen ratione, ut si tu post aliam acceperis, reus perjurij existas; & iterum, post peractam penitentiam priora nubia reparare debebis.* Idem est, si soluto primo matrimonio vir appareat potens ex copula fornicaria cum alia. Porro in hoc casu secunda uxor libera erit, si vir primæ redditus, cum ea inter triennium copulari possit, si secus, ei vir reddi debet, quia tunc secundum, non primum matrimonium validum fuit.

Quæstio est. 2. quid dicendum, si separatio facta est propter arctitudinem feminae? R. ex *cit.* c. *Fraternitatis*. Si talis mulier, soluto primo matrimonio, per alium virum cognosci potuit, & separatio facta est ideo, quod respectu cujuslibet viri judicaretur nimis arcta, separandam à secundo, & restituendam primo; quia tunc constat de errore. Si autem est a primo separata, quia respectu illius judicata fuit nimis arcta, tunc respondendum juxta dicta n. 1309. V. Sanchez l. 7. d. 99. à n. 15.

Quæstio est. 3. quid agendum, si separatio facta est propter impotentiam ex maleficio? R. si in dicto casu separatio primi 1311. matri-

matrimonij facta est post elapsam triennii experientia, aliisque probationes à jure requisitas; nullam restitutionem esse faciendam, licet maleficiatus aliud matrimonium ineat; quia frequenter contingit maleficia hæc fieri ad impotentiam alteri causandam *respectu talis*; non autem alterius personæ. de quo plura Gonzalez, & maxime Sanchez. l. 7. hic d. 92.

1312. Præter hæc not. 1. in illis casibus, in quibus primum matrimonium restaurandū, imponendam conjugibus penitentiam de commisso perjurio, dum jurarunt adesse impotentiam, quæ deprehenditur falsa. c. *Laudabilem. de frigid.* ubi additur, ut eā peractā cogantur redire ad prius matrimonium. Alij autem judicant, ad hoc sufficere, illam esse inchoatam; imò Sanchez cit. n. 30. censet, sufficere esse impositam, ut ad prius matrimonium redire possint. De penitentia verò imponenda videtur solum accipiendum pro casu, si verè peccarunt.

1313. Notatur 2. Si soluto primo matrimonio propter impotentiam, quæ post aliquod tempus falsa deprehenditur, & ideo restitutio fieri deberet, unus conjugum Religionem professus est ante cognitum errorem falso allegatæ impotentia, non esse faciendam restitutionem; quia, licet prius matrimonium deprehendatur fuisse verum, est tamen, *tantum ratum*, & non consummatum; Ratum autem professione solvitur ex c. 14. de *Convers. Conjugat.* Si autem vir interim suscepisset sacros ordines, uxore in sæculo remanente? si. tunc uxorem repetenti restituendum esse; quia matrimonium ratum susceptione sacri ordinis non solvitur ex dict. supra.

1314. Ex hoc colliges, sententiam in causa matrimoniali latam, quantumcunque confirmata sit, vel lapsus fuerit terminus ad appellandum, non transire in rem judicatam, sed retractandam esse, quoties compertum fuerit, illam ex errore processisse, ut deciditur. c. *Lator. V. mandamus.* & c. *Consanguinei*, ac c. *Tenor. de Sent. & re judicata.* Item c. *Fraternitatis. de Frigidis*: sed hoc limita, ut ea sententia in rem judicatam transeat quoad hoc, ut per vim querelæ non possit contra eam allegari vel à condemnato, vel à quovis alio, in his, quæ foveant peccatum, ut pluribus videri potest apud Castropal. cit. n. 8.

ARTICULUS VII.

Quo jure impotentia antecedens matrimonium dirimat?

Basilii Pontius l. 7. de matr. c. 56. & sequentibus cum alijs defendit, matrimonium inter virum & mulierem consistere posse, etiam si eorum unus, etiam perpetuò, impotens sit ad exercendum, vel reddendum usum conjugalem. Sed contrarium cum communi Doctorum, & Sanchez l. 7. hic d. 97. omnino tenendum est. 1. quia ad matrimonium requiritur substantialiter consensus, quo quilibet contrahentium alteri constituit jus ad conjugalem usum sui corporis, quando, & quoties alter legitime id exegerit; hoc autem perpetuò impotentibus est impossibile: ergo. Ma. est ex dict. Min. constat. Nam jus ad usum impossibilem non datur, nec dari potest; cum impossibile nulla sit obligatio; ergo: Accedit declaratio Sixti V. cujus clara verba sunt: *Mandamus, ut conjugia per quoscunque Eunuchos, & Spadones, utroque teste carentes, cum quibuslibet defectum illum, sive ignorantibus, sive scientibus contrahi prohibeas: eosque ad matrimonia contrahenda inhabiles auctoritate nostrâ declares &c. & matrimonia ipsa sive de facto contracta, nulla, irrita, & invalida esse, declares.*

Dices cum cit Pontio: matrimonium potentis cum impotente *ad castè vivendum*, etiam cognitâ impotentia, valde celebratur; ergo impotentia nullo jure dirimit matrimonium potentis cum impotente. Ant. prob. 1. ex D. Thoma in 4. d. 34. a. 2. ad 4. ubi ait, non in quolibet contractu hoc universaliter teneri; quòd ille, qui est impotens ad solvendum aliquid, non reputetur idoneus ad contractum illum, quo se obligat ad ejus solutionem. Unde concludit, *quod sicut contractus super prestanda aliqua solutione, ad quod quis est impotens de facto, si is, cum quo contrahit, sciat impotentiam, & nihilominus contrahat; quia sic ostenditur, quòd alium finem ex contractu querat.*

Deinde 3. part. q. 29. a. 2. juxta Pontium cit. c. 56. n. 2. distinguit duplicem copulam seu conjunctionem inter virum & mulierem, unam animorum, quam Pontius vocat *copulam conjugalem*; alteram

corporum, quam dicit copulam carnalem; copulam conjugalem, seu animorum, ait illam, qua coniunguntur in eandem vitam, munerumque societatem; & hanc docet sufficere ad valorem matrimonij, ex S. Thom. cit. cum hic expresse dicat: *Sic igitur dicendum, quod, quantum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimonium Virginis DEI Matris, & Josephi; quia uterque consensit in copula conjugalem; non autem expresse in copulam carnalem, nisi sub conditione si Deo placuerit.*

Tertio id, quod ad essentiam matrimonij requiritur, tantum est, quod sit mutua conjunctio animorum in naturalem vitam societatem cum diversitate sexus; ut Pontius ait e. 57. n. 1. sed hoc totum reperitur in matrimonio hujusmodi impotentium celebrato ad castitatem vivendum: ergo est verum, legitimum, perfectumque matrimonium. Major prob. 1. quia non repugnat matrimonium esse sine omni ejus usu, vel ordine ad copulam, nam dominium distinguitur ab usu; & vicissim: ergo corpus generationi aptum non est necessaria materia contractus conjugalis; ergo sine hoc stat matrimonium ex alio fine contractum. 2. nullum sacramentum subsistit sine materia ad illud necessaria; sed sacramentum matrimonij subsistit sine corpore ad generationem apto; ergo hoc non est materia necessaria sacramenti matrimonij. Min. prob. 1. quia matrimonium stat superveniente matrimonio impotentia perpetua. 2. quia si corpus generationi aptum est materia, eo sublato tollitur sacramentum, sicut tollitur & extinguitur, mutato sexu; ut si mulier mutetur in virum; at, sublato corpore ad generationem apto, matrimonij sacramentum semel rite contractum non tollitur, sicut tollitur per mutationem sexus; ergo. his praemissis

Concludit e. 58. matrimonium eorum, quorum unus cum impotentia perpetua, cognita alteri, nihilominus contrahit ad castitatem vivendum, validum esse jure quoque Ecclesiastico, probans id ex c. *consultationi*: c. *Requisisti*. h. t. item e. *Requisisti*. 33. q. 1. ac demum e. 60. distinguens impotentiam ad copulam ab impotentia ad castitatem convivendum; concedit, matrimonium contractum ad copulam jure naturali esse irritum, si unus eorum sit perpetuo impotens ad copulam, non autem, si contractu

sit solum ad castitatem vivendum. Sed his non obstantibus.

Ad primum fundamentum in n. 1316. *1319;* *1320;* *1321;* *1322;* *1323;* *1324;* *1325;* *1326;* *1327;* *1328;* *1329;* *1330;* *1331;* *1332;* *1333;* *1334;* *1335;* *1336;* *1337;* *1338;* *1339;* *1340;* *1341;* *1342;* *1343;* *1344;* *1345;* *1346;* *1347;* *1348;* *1349;* *1350;* *1351;* *1352;* *1353;* *1354;* *1355;* *1356;* *1357;* *1358;* *1359;* *1360;* *1361;* *1362;* *1363;* *1364;* *1365;* *1366;* *1367;* *1368;* *1369;* *1370;* *1371;* *1372;* *1373;* *1374;* *1375;* *1376;* *1377;* *1378;* *1379;* *1380;* *1381;* *1382;* *1383;* *1384;* *1385;* *1386;* *1387;* *1388;* *1389;* *1390;* *1391;* *1392;* *1393;* *1394;* *1395;* *1396;* *1397;* *1398;* *1399;* *1400;* *1401;* *1402;* *1403;* *1404;* *1405;* *1406;* *1407;* *1408;* *1409;* *1410;* *1411;* *1412;* *1413;* *1414;* *1415;* *1416;* *1417;* *1418;* *1419;* *1420;* *1421;* *1422;* *1423;* *1424;* *1425;* *1426;* *1427;* *1428;* *1429;* *1430;* *1431;* *1432;* *1433;* *1434;* *1435;* *1436;* *1437;* *1438;* *1439;* *1440;* *1441;* *1442;* *1443;* *1444;* *1445;* *1446;* *1447;* *1448;* *1449;* *1450;* *1451;* *1452;* *1453;* *1454;* *1455;* *1456;* *1457;* *1458;* *1459;* *1460;* *1461;* *1462;* *1463;* *1464;* *1465;* *1466;* *1467;* *1468;* *1469;* *1470;* *1471;* *1472;* *1473;* *1474;* *1475;* *1476;* *1477;* *1478;* *1479;* *1480;* *1481;* *1482;* *1483;* *1484;* *1485;* *1486;* *1487;* *1488;* *1489;* *1490;* *1491;* *1492;* *1493;* *1494;* *1495;* *1496;* *1497;* *1498;* *1499;* *1500;* *1501;* *1502;* *1503;* *1504;* *1505;* *1506;* *1507;* *1508;* *1509;* *1510;* *1511;* *1512;* *1513;* *1514;* *1515;* *1516;* *1517;* *1518;* *1519;* *1520;* *1521;* *1522;* *1523;* *1524;* *1525;* *1526;* *1527;* *1528;* *1529;* *1530;* *1531;* *1532;* *1533;* *1534;* *1535;* *1536;* *1537;* *1538;* *1539;* *1540;* *1541;* *1542;* *1543;* *1544;* *1545;* *1546;* *1547;* *1548;* *1549;* *1550;* *1551;* *1552;* *1553;* *1554;* *1555;* *1556;* *1557;* *1558;* *1559;* *1560;* *1561;* *1562;* *1563;* *1564;* *1565;* *1566;* *1567;* *1568;* *1569;* *1570;* *1571;* *1572;* *1573;* *1574;* *1575;* *1576;* *1577;* *1578;* *1579;* *1580;* *1581;* *1582;* *1583;* *1584;* *1585;* *1586;* *1587;* *1588;* *1589;* *1590;* *1591;* *1592;* *1593;* *1594;* *1595;* *1596;* *1597;* *1598;* *1599;* *1600;* *1601;* *1602;* *1603;* *1604;* *1605;* *1606;* *1607;* *1608;* *1609;* *1610;* *1611;* *1612;* *1613;* *1614;* *1615;* *1616;* *1617;* *1618;* *1619;* *1620;* *1621;* *1622;* *1623;* *1624;* *1625;* *1626;* *1627;* *1628;* *1629;* *1630;* *1631;* *1632;* *1633;* *1634;* *1635;* *1636;* *1637;* *1638;* *1639;* *1640;* *1641;* *1642;* *1643;* *1644;* *1645;* *1646;* *1647;* *1648;* *1649;* *1650;* *1651;* *1652;* *1653;* *1654;* *1655;* *1656;* *1657;* *1658;* *1659;* *1660;* *1661;* *1662;* *1663;* *1664;* *1665;* *1666;* *1667;* *1668;* *1669;* *1670;* *1671;* *1672;* *1673;* *1674;* *1675;* *1676;* *1677;* *1678;* *1679;* *1680;* *1681;* *1682;* *1683;* *1684;* *1685;* *1686;* *1687;* *1688;* *1689;* *1690;* *1691;* *1692;* *1693;* *1694;* *1695;* *1696;* *1697;* *1698;* *1699;* *1700;* *1701;* *1702;* *1703;* *1704;* *1705;* *1706;* *1707;* *1708;* *1709;* *1710;* *1711;* *1712;* *1713;* *1714;* *1715;* *1716;* *1717;* *1718;* *1719;* *1720;* *1721;* *1722;* *1723;* *1724;* *1725;* *1726;* *1727;* *1728;* *1729;* *1730;* *1731;* *1732;* *1733;* *1734;* *1735;* *1736;* *1737;* *1738;* *1739;* *1740;* *1741;* *1742;* *1743;* *1744;* *1745;* *1746;* *1747;* *1748;* *1749;* *1750;* *1751;* *1752;* *1753;* *1754;* *1755;* *1756;* *1757;* *1758;* *1759;* *1760;* *1761;* *1762;* *1763;* *1764;* *1765;* *1766;* *1767;* *1768;* *1769;* *1770;* *1771;* *1772;* *1773;* *1774;* *1775;* *1776;* *1777;* *1778;* *1779;* *1780;* *1781;* *1782;* *1783;* *1784;* *1785;* *1786;* *1787;* *1788;* *1789;* *1790;* *1791;* *1792;* *1793;* *1794;* *1795;* *1796;* *1797;* *1798;* *1799;* *1800;* *1801;* *1802;* *1803;* *1804;* *1805;* *1806;* *1807;* *1808;* *1809;* *1810;* *1811;* *1812;* *1813;* *1814;* *1815;* *1816;* *1817;* *1818;* *1819;* *1820;* *1821;* *1822;* *1823;* *1824;* *1825;* *1826;* *1827;* *1828;* *1829;* *1830;* *1831;* *1832;* *1833;* *1834;* *1835;* *1836;* *1837;* *1838;* *1839;* *1840;* *1841;* *1842;* *1843;* *1844;* *1845;* *1846;* *1847;* *1848;* *1849;* *1850;* *1851;* *1852;* *1853;* *1854;* *1855;* *1856;* *1857;* *1858;* *1859;* *1860;* *1861;* *1862;* *1863;* *1864;* *1865;* *1866;* *1867;* *1868;* *1869;* *1870;* *1871;* *1872;* *1873;* *1874;* *1875;* *1876;* *1877;* *1878;* *1879;* *1880;* *1881;* *1882;* *1883;* *1884;* *1885;* *1886;* *1887;* *1888;* *1889;* *1890;* *1891;* *1892;* *1893;* *1894;* *1895;* *1896;* *1897;* *1898;* *1899;* *1900;* *1901;* *1902;* *1903;* *1904;* *1905;* *1906;* *1907;* *1908;* *1909;* *1910;* *1911;* *1912;* *1913;* *1914;* *1915;* *1916;* *1917;* *1918;* *1919;* *1920;* *1921;* *1922;* *1923;* *1924;* *1925;* *1926;* *1927;* *1928;* *1929;* *1930;* *1931;* *1932;* *1933;* *1934;* *1935;* *1936;* *1937;* *1938;* *1939;* *1940;* *1941;* *1942;* *1943;* *1944;* *1945;* *1946;* *1947;* *1948;* *1949;* *1950;* *1951;* *1952;* *1953;* *1954;* *1955;* *1956;* *1957;* *1958;* *1959;* *1960;* *1961;* *1962;* *1963;* *1964;* *1965;* *1966;* *1967;* *1968;* *1969;* *1970;* *1971;* *1972;* *1973;* *1974;* *1975;* *1976;* *1977;* *1978;* *1979;* *1980;* *1981;* *1982;* *1983;* *1984;* *1985;* *1986;* *1987;* *1988;* *1989;* *1990;* *1991;* *1992;* *1993;* *1994;* *1995;* *1996;* *1997;* *1998;* *1999;* *2000;* *2001;* *2002;* *2003;* *2004;* *2005;* *2006;* *2007;* *2008;* *2009;* *2010;* *2011;* *2012;* *2013;* *2014;* *2015;* *2016;* *2017;* *2018;* *2019;* *2020;* *2021;* *2022;* *2023;* *2024;* *2025;* *2026;* *2027;* *2028;* *2029;* *2030;* *2031;* *2032;* *2033;* *2034;* *2035;* *2036;* *2037;* *2038;* *2039;* *2040;* *2041;* *2042;* *2043;* *2044;* *2045;* *2046;* *2047;* *2048;* *2049;* *2050;* *2051;* *2052;* *2053;* *2054;* *2055;* *2056;* *2057;* *2058;* *2059;* *2060;* *2061;* *2062;* *2063;* *2064;* *2065;* *2066;* *2067;* *2068;* *2069;* *2070;* *2071;* *2072;* *2073;* *2074;* *2075;* *2076;* *2077;* *2078;* *2079;* *2080;* *2081;* *2082;* *2083;* *2084;* *2085;* *2086;* *2087;* *2088;* *2089;* *2090;* *2091;* *2092;* *2093;* *2094;* *2095;* *2096;* *2097;* *2098;* *2099;* *2100;* *2101;* *2102;* *2103;* *2104;* *2105;* *2106;* *2107;* *2108;* *2109;* *2110;* *2111;* *2112;* *2113;* *2114;* *2115;* *2116;* *2117;* *2118;* *2119;* *2120;* *2121;* *2122;* *2123;* *2124;* *2125;* *2126;* *2127;* *2128;* *2129;* *2130;* *2131;* *2132;* *2133;* *2134;* *2135;* *2136;* *2137;* *2138;* *2139;* *2140;* *2141;* *2142;* *2143;* *2144;* *2145;* *2146;* *2147;* *2148;* *2149;* *2150;* *2151;* *2152;* *2153;* *2154;* *2155;* *2156;* *2157;* *2158;* *2159;* *2160;* *2161;* *2162;* *2163;* *2164;* *2165;* *2166;* *2167;* *2168;* *2169;* *2170;* *2171;* *2172;* *2173;* *2174;* *2175;* *2176;* *2177;* *2178;* *2179;* *2180;* *2181;* *2182;* *2183;* *2184;* *2185;* *2186;* *2187;* *2188;* *2189;* *2190;* *2191;* *2192;* *2193;* *2194;* *2195;* *2196;* *2197;* *2198;* *2199;* *2200;* *2201;* *2202;* *2203;* *2204;* *2205;* *2206;* *2207;* *2208;* *2209;* *2210;* *2211;* *2212;* *2213;* *2214;* *2215;* *2216;* *2217;* *2218;* *2219;* *2220;* *2221;* *2222;* *2223;* *2224;* *2225;* *2226;* *2227;* *2228;* *2229;* *2230;* *2231;* *2232;* *2233;* *2234;* *2235;* *2236;* *2237;* *2238;* *2239;* *2240;* *2241;* *2242;* *2243;* *2244;* *2245;* *2246;* *2247;* *2248;* *2249;* *2250;* *2251;* *2252;* *2253;* *2254;* *2255;* *2256;* *2257;* *2258;* *2259;* *2260;* *2261;* *2262;* *2263;* *2264;* *2265;* *2266;* *2267;* *2268;* *2269;* *2270;* *2271;* *2272;* *2273;* *2274;* *2275;* *2276;* *2277;* *2278;* *2279;* *2280;* *2281;* *2282;* *2283;* *2284;* *2285;* *2286;* *2287;* *2288;* *2289;* *2290;* *2291;* *2292;* *2293;* *2294;* *2295;* *2296;* *2297;* *2298;* *2299;* *2300;* *2301;* *2302;* *2303;* *2304;* *2305;* *2306;* *2307;* *2308;* *2309;* *2310;* *2311;* *2312;* *2313;* *2314;* *2315;* *2316;* *2317;* *2318;* *2319;* *2320;* *2321;* *2322;* *2323;* *2324;* *2325;* *2326;* *2327;* *2328;* *2329;* *2330;* *2331;* *2332;* *2333;* *2334;* *2335;* *2336;* *2337;* *2338;* *2339;* *2340;* *2341;* *2342;* *2343;* *2344;* *2345;* *2346;* *2347;* *2348;* *2349;* *2350;* *2351;* *2352;* *2353;* *2354;* *2355;* *2356;* *2357;* *2358;* *2359;* *2360;* *2361;* *2362;* *2363;* *2364;* *2365;* *2366;* *2367;* *2368;* *2369;* *2370;* *2371;* *2372;* *2373;* *2374;* *2375;* *2376;* *2377;* *2378;* *2379;* *2380;* *2381;* *2382;* *2383;* *2384;* *2385;* *2386;* *2387;* *2388;* *2389;* *2390;* *2391;* *2392;* *2393;* *2394;* *2395;* *2396;* *2397;* *2398;* *2399;* *2400;* *2401;* *2402;* *2403;* *2404;* *2405;* *2406;* *2407;* *2408;* *2409;* *2410;* *2411;* *2412;* *2413;* *2414;* *2415;* *2416;* *2417;* *2418;* *2419;* *2420;* *2421;* *2422;* *2423;* *2424;* *2425;* *2426;* *2427;* *2428;* *2429;* *2430;* *2431;* *2432;* *2433;* *2434;* *2435;* *2436;* *2437;* *2438;* *2439;* *2440;* *2441;* *2442;* *2443;* *2444;* *2445;* *2446;* *2447;* *2448;* *2449;* *2450;* *2451;* *2452;* *2453;* *2454;* *2455;* *2456;* *2457;* *2458;* *2459;* *2460;* *2461;* *2462;* *2463;* *2464;*

liū, quod tamen nec S. Thomas, nec Pontius nec alij concedunt. Nam inter hos verè stat talis animorum conjunctio: *per illam igitur animorum conjunctioem*, etiam ex mente D. Thomæ, venit solum *legitimus consensus viri & mulieris ad constituendum sibi mutuò jus suorum corporum*, per copulam carnalem, per se aptam generationi prolis: talis autem consensus impossibilis est impotenti ad copulam; ergo etiam eidem impossibilis est *contractus conjugalis*, ad castè vivendum *in conjugio*; hæc enim voluntas supponit *conjugium*, quod non stat sine jure mutuò ad usum conjugalem per carnalem copulam, licet stet sine juris usu.

1322. Unde notandum, quando dicitur, in contractu matrimonij, consensum debere ferri *in copulam*, dupliciter intelligi posse. Per *copulam* intelligendo *jus*, quod alteri constituitur per contractum conjugalem ad carnalem copulam; vel per *copulam* intelligendo *ipsum usum talis juris*, consequenter ipsam carnalem copulam. Primus consensus est de substantia matrimonij; non autem secundus, uti per se manifestum est. Et in primo sensu intelligendus est S. Thomas dicens, inter Beatissimam Dei Matrem, & S. Josephum fuisse verum matrimonium, *quantum ad primam perfectionem*, nimirum animorum conjunctioem, quia uterque consensit in copulam (hoc est *jus*, & obligationem) conjugalem, non autem carnalem, quæ solum est usus juris conjugalis.

1323. Ad tertium in n. 1318. r. cum distinctione ma. & concedo illam, si ea *animorum conjunctio* directè tendat ad constituendum sibi mutuò jus suorum corporum, ut dictum est; si secus, N. ma. illud autem in impotente impossibile esse, fateatur ipse Pontius; ergo. Ad primam prob. ma. r. concedendo matrimonium esse posse, sine omni ejus usu per copulam carnalem; vel etiam sine ordine ad copulam *in se per matrimoniale consensum directè intentam*: non autem *intentam in causa*, seu jure ad ipsam; concedo pariter *corpus generationi aptum* non esse *materiam matrimonij necessariam*, per illud intelligendo *corpus secundum*; secus, intelligendo *corpus carnali copule aptum*; hinc distin. consequ. ergo sine corpore generationi, hoc est, fecunditati apto, stat matri-

monium contrahendū. C. sine corpore copule carnali apto. N. consequ. ad secundam prob. ma. r. N. ma. universaliter. Nam etiam juxta Pontium in n. 1318. corpus carnali copule aptum est materia necessaria matrimonij ad *copulam carnalem contracti*; cum ipse fateatur ab impotente, etiam jure naturæ invalidè contrahi matrimonium ad copulam; & tamen per ipsum, si matrimonio ritè contracto superveniat impotentia, stat Sacramentum matrimonij. r. 2. ad object. Pontij n. 1318. distinguo majorem: nullum Sacramentum subsistit, sine materia necessaria Sacramenti, quando Sacramentum est *in fieri*, datâ maj: quando est, tam in fieri, quam in facto esse. N. ma. universaliter. hinc datâ Min. dist. consequ. ergo corpus aptum carnali copule non est materia necessaria hujus Sacramenti in facto esse. C. *in fieri* N. consequ. dixi *corpus aptum copule*. Nam *corpus secundum* non requiritur dictum est, quod autem corpus carnali copule aptum, esto sit materia necessaria Sacramenti matrimonij, quando hoc Sacramentum est *in fieri*, sit materia necessaria Sacramenti, non autem, quando est *in facto esse*, concedit ipse Pontius, cum tale matrimonium semel ritè contractum, impotentia ad copulam etiam perpetuà superveniente, etiam ipso teste, non dirimatur.

Quæ adducit ex cit. Canonibus in n. 1318. pro valore matrimonij etiam de jure Ecclesiastico, intentum non probant; cum ex ipsis clarè habeatur, impotentem non posse haberi *in uxorem* c. *consultationis* h. t. ibi: *ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores*; quod non stare, si cum impotente matrimonium foret. Nec obstat, quòd dicatur, *habendas ut sorores*; quia id non præcipitur, sed solum permittitur, si simul manere velint, secus si incontinentiæ periculo, quod stat etiam inter Patrem & filiam, inter quos tamen nullum stare potest matrimonium. Male autem dicit Pontius, *cit. c. 58. n. 2. quod Celestinus III. decernat valere matrimonium, si sit ad castè vivendum*, dum in c. *Requisisti* h. t. dicit, *si probatâ impotentia conjuges simul habitare non voluerint, non impeditus potest alteri nubere*; & subjungat: *si ambò consentiant, simul esse, vir cā, si non ut uxorem, saltem ut sororem habeat*. Nam

ex his verbis non colligitur, ullum conjugium, sed solum casta simul habitatio illis permittitur, quae non facit matrimonium.

135. Quando in c. *Requisisti* 33, q. 1. dicitur quod si non impeditur non potest ea (muliere) uti pro uxore, habeat ut sororem; si autem retinaculum conjugale voluerit rescindere; maneat utriusque innupti: addit Pontius cit. n. 5. eos, qui hoc casu putant, matrimonium solvi, seu rescindi, ignorantia antiquitatis habi, quod ignorent, ea formulam (habeant ut uxore) tantum significari, conjuges illos non daturus operam ijs actibus, quos licitos efficit maritale consortium inter eos, qui obeundo muneri potentes sunt; sed caste victuros, ac si cum sorore versarentur, manente tamen vinculo conjugij. Nam haec interpretatio non recte procedit; si enim etiam stante tali impotentia manet vinculum conjugij, saltem rati, quomodo illis permittitur illud retinaculum conjugale rescindere, si volue-

rint? verum enim matrimonium, icet ratum tantum, libero conjugum consensu rescindi non potest; at hoc retinaculum conjugale in dato casu, libero non impediti consensu, rescindi potest; ergo non est verum matrimonium. Accedit clara Sixti V. declaratio huic interpretationi aperte contraria in n. 1315. Igitur in hoc textu per conjugale retinaculum non venit verum sed putativum conjugium, quod ipsi rescindere non possunt: sed, si sine auctoritate Ecclesiae rescindant, innupti remanere debent, ne non solum legitime priori putativo matrimonio alijs scandalo sint, transitu ad alia vota. Ex his tandem concluditur, impotentiam, quam diximus esse impedimentum dirimens, dirimere matrimonium non in jure mero humano, & Ecclesiastico, sed naturali; adeoque etiam inter infideles ejusmodi matrimonia irrita, ac nulla esse. Ratio est ex dictis.

QUAESTIO XVI.

In Tit. XVI. De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae.

136. Interdictum Ecclesiae hic sumitur pro Ecclesiae prohibitione, ne inter aliquos matrimonium celebretur, vel absolute, vel certo tempore, aut in certis circumstantijs. Sumi potest late pro qualibet matrimonij Ecclesiastica prohibitione, & sic comprehendit omnia impedimenta etiam dirimentia: stricte autem hic supponit pro interdicto, seu prohibitione facta a superiore Ecclesiastico, ob legitimam causam interdicens matrimonium celebrari ad tempus, donec melius constet de habilitate contrahentium, vel caveatur scandalo inde nato, vel nascituro. Unde sub interdicto Ecclesiae in hoc titulo non venit tempus feriatum, quo matrimonium solenniter celebrare non licet; sed solum Ecclesiae vetitum, hoc est prohibitio, ut expositum est. Nam tempus feriatum, & Ecclesiae vetitum significant distincta impedimenta impediencia tantum; illud enim non interdicit matrimonium, sed tantum ejus solemnitatem, ut dicemus infra; istud vero ipsum matrimonium.

137. Not. autem, non tantum Pontificem, sed etiam ordinarium, imo & Parochum, posse suis ex justa causa matrimonium ad

tempus aliquod interdicens, ut si denuntietur impedimentum, vel aliquid simile, ratione cujus matrimonium ab illis iniiri non expedit, donec vel de veritate constet, vel malis prudenter timendis caveatur. Et quamvis Parochus, imo & Decanus, aut Archidiaconus, juxta Trid. sess. 24. de Reform. c. 20. §. Ad haec, non habeat officium Judicis Ecclesiastici, cujus est causas matrimoniales cognoscere, ac pertractare; est tamen officio superior suorum Parochianorum, cui convenit justa causa id exigente, matrimonia ad tempus impedire, quando contrahere volentes, denuntiantur laborare aliquo impedimento; vel ex eo contractu nascitura non levia scandala, prudenter timeri potest; colligitur ex cit. c. fin. §. fin. ibi: Sane si Parochialis Sacerdos tales conjunctiones (nimirum personarum impedimento laborantium) prohibere contempserit &c. de quo plura Sanchez l. 7. hic d. 6. n. 6.

Hinc quando dicitur, interdictum Ecclesiae tripliciter fieri. 1. per Canonem, quo inhibentur solum solemnitates nuptiarum, non autem ipsae nuptiae, non solennes. 2. per Judicem Ecclesiasticum. 3. per sponso-

Uu 2 rum